

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

De Occurrentia Festorum

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

Ejusdem S. R. C. Consultore nedum adaucta ex
huc usque emanatis, sed & cum Regestis in ea-
dem S. R. C. existentibus collata, nunc denuo typis
data, hinc ad generales & particulares Breviarii Ru-
bricas pertinentia :

De Sanctis ad libitum.

Vid. Breviar. vel Diurnale Roman.

Officium Sanctorum ad libitum sive duplex si-
ve semiduplex occurrens in die, quo fieri debet offi-
cium de dominica anticipanda ante septuagesimam,
vel ante Dominicam 24. post Pentecosten, non est
recitandum cum commemorat. dictæ Dominicæ,
neque transferendum, sed potius omittendum. S.
R. C. 4. April. 1705.

De Occurrentia

Festorum.

De Occurrentia *duplicis majoris*
& diei octava.

Dies octava cujuslibet Festi, quia non transfertur,
excludit, & transferri facit quodlibet festum
duplex sive majus sive minus, solisque cedit Festis
solemnibus primæ vel secundæ classis, nisi sit octava
privilegiata, qualis est octava Epiphan. de qua in
Rubr. general. S. R. C. 1. Mart. 1681.

*Exiipe primò Festum Ss. Nominis Mariæ de quo sic
statuitur.*

Occurrente Festo Ss. Nominis Mariæ in die
octava Nativitatis ejusdem B. M. V. officium fiet de
eodem Ss. Nomine Mariæ absque commemorat. de
prædicta octava. S. R. C. 15. Novembr. 1685. An-
nuente Inocent. XI. die 24. ejusdem mensis & Anni.

Advertendum.

In concursu Festi Ss. Nominis Mariæ infra octa-
yam

vam Nativitatis, quod Festum celebratur die dominico infra dictam octavam, cum die octava alicujus Sancti, transferatur officium Ss. Nominis Mariæ, & fiat de die octava illius Sancti occurrentis S. R. C. 22. Januar. 1707.

Excipe secundò Patrocin. B. M. V.

Quando aliqua officia Concessa sunt, ut recitentur in diebus dominicis, ut de Patrocinio B. Mariæ V. &c. si aliqua ex dictis dominicis impediatur aliquando ab alio officio majoris ritûs vel dignitatis, in tali casu dictum officium non potest transferri in aliam dominicam vel ad primam diem non impeditam, sed debet omitti. S. R. C. 20. Mart. 1683. *Advertendum: dictum Decretum loqui de concessis, non de præceptis; nam præcepta transferri debent ad primam diem non impeditam.*

De occurrentia nonnullorum Officiorum vel Festorum perpetuò eodem die occurrentium.

Cum nonnulla officia propter perpetuam occurrentiam officii ritûs majoris, perpetuam habeant translationem, & juxta Rubric. de transl. Festor. num. 6. transferenda sint in primam diem non impeditam; S. R. C. declaravit: officia prædicta reponi debere in die immediatè sequenti post diem Festum majoris ritûs. Die 20. Novembr. 1717. etiam in occurfu dominicæ, si illa sint duplicia.

Eadem S. Congreg. Rit. die 12. Febr. 1633. decrevit, quòd in Ecclesia Ss. Nazarii & Celsi transferatur Festum Ss. Victoris & Innocentii in primam diem non impeditam post festum Ss. Nazarii &c. sub ritu semiduplici, sed cum *Evangelio* & *Oratione* solita, omissis nominibus Nazarii & Celsi, sicut in officio & Missa Ss. Nazarii & Celsi omitti debent
mina

mina Ss. Victoris & Innocentii. vid. dicta post
Tabell. occurrentiæ: *si occurrat, ut Patronus. &c.*

De occur. *semiduplicis* in Dominica infra
octavam non privilegiatam.

Semiduplex officium occurrens in Dominica
infra octavam non privilegiatam debet recitari feria
secunda immediatè sequenti, dummodo non sit im-
pedita feria ab officio (Festi) 9.lectionum: & hoc
etiãsi intercederet aliquod translatum primæ vel
secundæ classis S. R. C. 22. Decembr. 1696. 19. Julii
1700. 1. Sept. 1703. vid. dicta post tabell. occur.
infra illas octavas &c.

De occur. *semiduplicis*

In Festo duplici infra octavam
non privilegiatam.

Festum semiduplex incidens in festo duplici in-
fra octavam non privilegiatam transferendum est in
diem immediatè sequentem Festo 9.lectionum non
impeditam, ut sit de semiduplici occurrente in do-
minica infra octavam non privilegiatam. S. R. C.
30. Sept. 1679. Quo die & anno eadem S. R. C.
pariter decrevit de Festo translato faciendum esse
officium die immediatè sequenti, etiãsi adsit aliud
ejusdem dignitatis festum prius translatum. Et licet
his decretis videatur derogari per decretum 22. De-
cembr. 1696. tamen sunt in suo robore ob alia De-
creta posteriora illò emanatò 1696. præcipuè 16.
Sept. 1702. & 19. Julii. 1700. & 23. Junii 1736. &
16. Febr. 1737.

De occur. diei octavæ &
Dominicæ privilegiatæ.

In primis vesp. communibus diei octavæ, & do-
minicæ privilegiatæ, vespere debent recitari cum
psalmis sabbati, & à capitulo fiat de dominica pri-
vile-

vilegiata cum comem. diei octavæ. S. R. C. 9. Novem-
br. 1622. *Hoc Decretum non repertum est in Rege-
stis, sed reperitur in octavario Romano Tit. XL. de con-
curr. officii. num. 4.*

**De occur. Festi alicujus solemnitis
in Festo Corporis Christi.**

Si Festum S. Joan. Baptistæ sive aliud ex solem-
nioribus venerit in die Corporis Christi, officium S.
Joan. Baptistæ singulari privilegio transfertur in se-
quentem diem à quocunque officio 9. lectionum
impeditam cum commem. octavæ, sed in 2. vesp.
Corporis Christi fit commem. tant. S. Joann. Bapti-
stæ: cætera verò Festa solemniora occurrentia in
dicta die Corporis Christi transferantur infra octa-
vam in primam diem non impeditam. S. R. C.
23. Jun. 1736.

**Quænam Festa translata
Infra octavam Corporis Christi cele-
brari possint?**

Infra octavam Corporis Christi potest recitari
officium de duplici primæ & secundæ classis etiam
translato, non autem in die octava, in qua nec etiam
potest recitari de duplici secundæ classis occurrente.
S. R. C. 30. Maij. 1699.

De occur. duarum octavar.

Quando duæ octavæ simul occurrunt, quarum
una sit Patroni principalis sub ritu duplici primæ clas-
sis, altera verò B. M. V. sub ritu duplici secundæ
classis, recitandum est officium de Patrono princi-
pali cum commemorat. octavæ B. M. V. S. R. C.
19. Jun. 1700.

De